





DISPUTATIO
DE
NOTARIIS PVBLICIS

QVAM
PRAESIDE
IOANNE GODOFREDO
MOESLERO
IVRIS VTRIVSQVE DOCTORE CVRIAE PROVINC. ET
CONSISTOR. ECCLES. VITEB. ADVOCATO

DIE III. MENS. NOVEMBR. A. S. R. MDCCG

H. L. Q. C.

PVBlice DEFENDET

AVCTOR
GEORG. LVDOVICVS FRIDERICVS BEYER

RODA - ALTENEVRGENSIS.

VITEBERGAE
LITTERIS ADAMI CHRISTIANI CHARISII.

DISSERTATIO
DE
NOTARIIS PUBLICIS

AVIA
PRAESIDE
JOHANNIS GODFRIDUS
MOESLERUS

IN AUSTRIACAE IMPERII
ACADEMIA SCIENTIARUM
PHILOSOPHICAE
PUBLICAE

IN VIENNA
MDCCLXXXIII

AVCTOR
GEOLOG. IANOVICUS FRIDERICUS BEYER

VIENNAE
PUBLI. CHRISTIAN. DEBNER



PATRI CARISSIMO
GEORGIO LVDOVICO
SIGISMVND O BEYERO

PRAEFECTVRAE RODENSIS COMMISSARIO

OMNI PIETATE MAXIME COLENDO

SPECIMEN HOCCE ACADEMICVM

D. D. D.

FILIVS GRATISSIMVS.



PARTI CARISSIMO
GEORGIO LUDOVICO
SIGISMUNDO REVERENDO

BRACHIOVALE HODENSI CATHOLICI

ORDINIS PRAEDICATORUM S. DOMINICI

STICIMEN HOCCE ACADEMIAE

VIVIS GRATISSIMO



Instituti ratio.

Quum animo mecum deliberarem, de qua re, vt ad examen pro praxi iuridica admitterer, disputare possem atque vellem, mihiq; praepriis curae esset, vt disputatio mea, quantum quidem pro viribus meis adhuc exiguis fieri posset, et commilitonibus dilectissimis et mihi ipsi vtilitatem praestaret, praxique iuridicae, quam, Patre Carissimo praecessore, et mihi sequendi animus esset, bene inseriret: inter varias iuris doctrinas illa quoque de Notariis publicis menti sese obtulit, quam, muneris Notarii quoque proxime impetrandi gratia, eligendam putavi. Itaque mihi proposui: I. *de notione, synonymia et homonymia*, deinde II. *de diuisionibus*, seu *speciebus variis*, postea III. *de requisitis*, porro IV. *de iuribus*, tandem V. *de officiis*, seu *obligationibus*, denique VI. *de modis*, quibus *Notariorum munus tollitur*, breuiter quaedam disserere.

§. I. *Nozio, synonymia et homonymia Notarii publici.*

Notarius publicus est persona, quae auctoritate, actus aliorum coram se et testibus gestos consignandi et instrumentum plena fide dignum desuper conficiendi, publica gaudet.

Alii latius definiunt, alii strictius. ¹⁾ Appellatur quoque *scriba publicus*, *tabellio*, *tabularius*, *index chartularius*, *index irregularis et ordinarius*, *protocollista*, etc. Olim quoque *librarius*, *seriniarius*, *litterarum architectus*, *scriptor libellensis*, *logographus*, *epistolaris*, *seruus publicus* etc. denominatus est. ²⁾ Praeterea in

A

legi-

¹⁾ cfr. *Blumen* proc. cameral. tit. 14. *Schoenii* system. iur. ciuil. lib. 22. t. 4. §. 3. *Furist. Oracul* B. 4. p. 65. ²⁾ *Furist. Oracul* B. 4. p. 65. et 92. cfr. tit. Cod. de tabulariis, scribis, logographis et censualibus (10, 69).

legibus Romanis saepius inuenies, verbo *Notarii* eum intelligi, qui verba aliorum notis celerrime excipit; 3) neque omnino te fugiet, in legibus Germanicis, praecipue quoque in Saxonice, multoties *Notarium* esse eundem, quem nos *Actuarium* proprie atque ordinarie dicimus. Indeque etiam actuarii superiores collegiorum quorundam vocantur *Protonotarii*.

§. 2. *Diuisiones seu species Notariorum publicorum.*

Diuidi solent *Notarii publici I.* in *Caesareos* et *Apostolicos*, seu *Papales*, quatenus ab Imperatore, aut a Papa, constituuntur. Attamen *Notariorum apostolicorum* hodie, saltem apud *Protestantes*, omnis iam diu euauit auctoritas. 4) *Diuiduntur II.* in *simplices* et *immatriculatos*, quatenus simpliciter tantum creati, aut in quodam territorio, loco vel iudicio, speciatim et praeterea ad praxin *Notariatus* admissi sunt. 5) *Hodie* in plerisque *Germaniae* prouinciis *Notarii immatriculati* sunt, necesse est. Appellantur quoque *III.* vel *veri* vel *putatini*, quatenus reuera *Notarii publici* sunt, vel erronee pro talibus tantummodo habentur. His adnumerantur partim, qui errore quidem creati, attamen ipsi inhabiles sunt; partim, qui haudquaquam creati tales falso se gerunt. Illorum instrumenta durante errore confecta pro validis habentur, horum contra inualidi actus omnino putantur. 6) Tandem quoque vocari possunt *IV.* vel *imperiales*, vel *provinciales* et *locales*, quatenus per totum imperium,

- 3) cfr. *Vicax* vocabular. iur. sub voc. *Notarius*, p. m. 501. vbi plura eiusmodi loca videbis allegata. Quod olim praecipue apud Graecos *Notarii* idem, quod praecipuos puerorum fuerint, inter alios *Zieglerus* docet in tract. de iure mai. L. I. c. 26 §. fin. Sunt quoque, qui *Notariorum Patronos Marcianum* et *Martyrium* praedicant; cum tamen hi ipsi viri *Notariatus publici* hodierni omnino expertes fuerint.
- 4) cfr. *Klock* Tom. 1. consil. 2. no. 1. *Perillustr. de Trützschler*, in der Anweis. zu Abfassung rechtlicher Aufsätze, Th. 1. S. 45 §. 5.
- 5) *Bergeri* El. Disc. For. Suppl. P. 2. p. m. 55. 6) *Treutler* Vol. 2. disp. 5. th. 3. *Brunnem.* ad l. fin. C. de tabul. arg. l. 3. D. de offic. praetor. *Taber* in thes. locor. comm. voc. *Notar.* no. 8. et 20.

riūm, vel per certam tantum provinciam, aut in quodam loco tantum, iure Notariorum fruuntur. Illi auctoritate Caesarea, hi auctoritate territoriali, aut locali, constituuntur. 7) Sunt quoque praeterea, qui *Notarii fisci*, *Notarii hebdomatarii*, *Notarii principum* etc. nominantur. 8) Mihi tamen hoc tempore de *Notariis Caesareis*, iisque *veris* et *imperialibus* tantum, sermo est politus.

§. 3. *Notariorum publicorum requisita.*

Quicumque Notarii publici Caesarei munere legitime or-
nari, eoque velit fungi, ille sit, necesse est 1) homo *integrae fa-
mae vitaeque probae*; 2) *liber*, non homo proprius, aut adeo ser-
uus, 3) *Christianus*, 4) *non excommunicatus* nec 5) *banntus*, 6) *6)*
sensibus humanis, imprimis visu audituque, *praeditus* iisque illae-
sus, 10) 7) *masculus*, 11) 8) *legitime natus*, aut saltem *legitimus*,
12) 9) *maiorennis*, 13) aut iure communi saltem *pubes*, 14) 10)
sanae mentis, 15) 11) *laicus*, non clericus nec monachus; 16) ho-
die tamen, inter Protestantes saltem, ludimoderatores quoque
et aeditui, immo pastores, praecipue rurales, a munere Nota-
riorum publicorum exercendo non solent arceri, dummodo
virtutibus notariorum reliquis, imprimis quoque peritia et iuris
quadam prudentia gaudeant, 17) et in subsidium tantum aliis
defi-

A 2

- 7) cfr. *Perill. de Trützschler*, l. cit. p. m. 45. Posterioribus *Nota-
rii episcopales* sunt adnumerandi. 8) cfr. *Blum. proc. camera*,
t. 14. no. 18. 9) cfr. *Ordinat. Notar. Max. I. de 1512. §. 2.*
10) *Ord. Notar. §. 6.* 11) cfr. *Lauterbach colleg. theor. pract.*
Lib. 22. t. 4. §. 32. arg. l. 1. §. 1. D. de postal. l. 2. D. de R. Iur.
12) *Lauterbach l. c. Ord. Notar. Max. I. §. 1. 2.* 13) cfr.
Mand. Sax. de 1793. 14) cfr. *Lauterbach l. c. §. 31. arg. l. 3.*
§. 5. l. 19. §. fin. D. de testib. l. 1. C. de fals. monet. 15) *Lau-
terb. l. c. §. 31. arg. l. 7. §. f. quib. ex caus. in poss. eat. Nov. 44.*
16) c. 8. X. ne clerici vel monachi. l. 14. 17. 53. C. de Episcop. et
Cleric. *Lauterbach l. c. §. 30.* cfr. *Kaestneri progr. de clerico iu-
risperito.* 17) cfr. *Ill. Christ. Gortl. Hommel. princip. iur. ec-
cles. p. m. 41. §. 11. Brunnemanni ius eccles. Lib. 1. c. 6. membr.*
10. §. 89. *Sam. Stryck* ad h. loc.

deficientibus Notariis laicis, eodem iure vtantur; ^{17b)} 12) *testimonio dicendo in genere omnino idoneus*, seu fide plena dignus. ¹⁸⁾ 13) *Negotiorum expediendorum et iuris quodammodo saltem peritus*; ideoque in variis territoriis illi, qui Notariatus fieri velint participes, examini iuridico coram Dicastrio, ¹⁹⁾ aut Regimine, ²⁰⁾ sese debent submittere, nisi antea pro praxi iuridica examinati fuerint. Praeter illas qualitates personales requiritur quoque 14) *vt certa pecuniae summa numeretur*, qualis tamen non vbi-que eadem est; ²¹⁾ 15) *vt iuramentum Notariatus praestetur*; quo quidem varia, secundum formulam praescriptam, sunt promittenda. ²²⁾ Sunt quidem, qui statuunt, Doctores, Licentiatos, Officiales publicos et Aduocatos immatriculatos a necessitate examinis et iuramenti Notariatus immunes esse praestandos; ²³⁾ attamen nec tales Notariatus candidati a iuramento Notariatus sunt eximendi, quoniam hoc iuramento continentur varia, quae illi ipsi, qua tales, antea iurato nondum promiserunt. Postea requiritur 16), vt Notarius publicus Caesareus *legitime creetur*. Creari autem potest tantum ab Imperatore, a Rege Romano, a Vicariis Imperii, aut a Comitibus palatinis, quibus hoc ius ab Imperatore, aut Vicariis, concessum est. ²⁴⁾ Notarii publici locales aut provinciales a quolibet Principe in suo territorio, vi

supe-

17b) cfr. *Brunnem. et Stryck. l. c.* 18) *Perillust. de Trützschler l. c. p. m. 44. §. 7.* 19) v. *Ord. Proc. Sax. Rec. ad tit. 2. §. 7. Mandat. Saxon. d. 19. Febr. 1721. C. A. C. I, 270.* 20) *Altenburgische Advocatenordnung §. 25. p. 23.* 21) *Vitebergae 11 Rthl. 11 Gr. Lipsiae Facult. iuridicae 15 Rthl. Senatus Lipsiensis 25 Rthl. Comitibus palatinis aliis circiter 5 Rthl. sunt soluendi. cfr. Göbel Handbuch für Notarien p. m. 32. §. 6. A Comite palatino creatus, nec pro praxi examinatus, pro examine Notariatus Dicastrio 2 Imperial. tenetur soluere. Ord. Proc. Sax. Rec. t. 2. §. 7. 22) v. *Jurist. Oracul. B. 4. p. 69. vbi iuramentum et Notarii caesarei et Notarii papalis extensum est.* 23) *Berger in El. Disc. for. tit. 2. obl. I. no. 3. p. m. 32.* 24) cfr. *Notariatsordn. pr. §. 16. Gribner opusc. P. 2. Sect. I. §. 31. Facultati iurid. Vitebergensi et Lipsiensi, Senatus Lipsiensi et Zittauensi, ao. 1711. eiusmodi comitiua a FRIEDERICO AVGVSTO II. Rege Polon. et Elect. Saxon. ill. temp. Imperii**

superioritatis territorialis, imo a Comitibus, Episcopis et vrbibus creari possunt, neque tamen, vti antea iam monui, extra illud territorium, illum Comitatum, Episcopatum, illamve vrbem iure Notarii publici vtuntur. ²⁵⁾ Creationem Notarii ipsam praecedere debet *legitimat*io, seu demonstratio qualitatum personalium necessariorum aliqualis saltem, testimoniis quibusdam peragenda, ²⁶⁾ porro *examen et iuramenti praestatio*. Quandoque et apud quosdam imploratio scripta pro impetrando Notariatu est offerenda; ²⁷⁾ quali tamen in Academicis plerumque non opus est, cum et imploratio oralis sufficiat. Creatio ipsa renunciantia expresse peragitur, eamque *inuestitura* per penam; calamarium atque chartam sequi solet. In fidem eiusmodi creationis testimonium, *Notariats-Diplom* vulgo dictum, conficitur atque sigillo publico munitur. ²⁸⁾ Idem in Saxonia in charta signata, II. imperialium pretii, est extendendum. ²⁹⁾ Tandem in plerisque territoriis hodie necessaria est 17) *Notarii publici immatriculatio*, qua intelligitur actus, quo Notarius publicus creatus in numerum eorum, qui munus Notarii reuera in territorio exercere possunt, publica auctoritate recipitur. Hanc autem praecedere debet imploratio scripta pro immatriculatione obtinenda, ³⁰⁾ ipsique implorationi diploma notariatus, vel

A 3

in

perii Vicario concessa est. v. C. A. I. p. 943. et 989. *Gribner in Discour zur Erl. Proc. Ordn.* p. m. 89. Praeterea ius creandi Notarios publicos Caesareos tributum quoque est *Principibus Schwarzburgensibus et Schwarzenbergensibus, Comitibus de Ranzau, de Schoenborn, de Koenigseck, H. B. ab Ingelheim, Prorectoribus quarundam Academicarum, v. gr. Gürtlingensis, Procancellario Academiae Altorf. multaque aliis personis et collegiis.* cfr. III. *Claproth* proc. ordin. *Abschn. 3. §. 89.* p. m. 397 sqq. *Mulzii* repraesentat. maiest. imperat. P. II. c. 20. no. 166 sq. *Göbel Handb. der Notar.* p. m. 26 sq. ²⁵⁾ *Perill. de Trüzzschler* l. c. p. m. 45. III. *Claproth* l. c. §. 90. lit. a. *Ziegler de iur. maiestat.* lib. 1. c. 26. ²⁶⁾ *Perillustr. de Trüzzschler* l. c. p. 68. ²⁷⁾ Formulas praebet *Perill. de Trüzzschler* l. c. p. 68. *Furist. Orac. B. 4. p. 91. §. 73. Blum. im Formularbuche* p. 749. ²⁸⁾ v. *Furist. Orac. B. 4. p. 92. Perillustr. de Trüzzschler*, l. c. p. 69. ²⁹⁾ v. *Mandat. Sax. d. 1732. C. A. C. II. p. 395.* ³⁰⁾ Formulas exhibent *Perill. de Trüzzsch-*

ler

in originali, vel in copia saltem vidimata, est adiciendum. Immatriculatio ipsa coram Regiminibus territorialibus, in Camera Imperii et coram Iudicio Imperii Aulico peragitur, eiusque testandae gratia testimonium immatriculationis factae (*Immatriculationschein*) conficitur, sigillo eiusdem collegii munitur, atque Notario immatriculato pro certa pecuniae summa traditur. ³¹⁾ Ceterum licet quis in Camera Imperii, aut in Iudicio Imperii Aulico, qua Notarius publicus immatriculatus sit, eique ab his ipsis Collegiis summis et a variis iureconsultis tribuatur potestas, munere Notarii publici vbiq̄ue, absque ulteriori immatriculatione territoriali, fungendi: nihilominus tamen in variis territoriis, speciatim quoque in Saxonia, coram Regimine territoriali matriculae denuo inferendus est, qui in iisdem territoriis Notariatum velit exercere; ³²⁾ quamvis Notariorum extraneorum instrumenta, extra territorium legitime confecta, pro validis omnino habeantur, licet Notarii illi in hocce territorio immatriculati non sint. ³³⁾ Ceterum in plerisque territoriis Notariorum immatriculandorum certus numerus non est determinatus. ³⁴⁾ Denique memorandum videbatur, non omnino opus esse, ut, qui velit Notarius publicus creari, studiis in Academia per tempus alias consuetum atque definitum operam dederit, et in numerum Academicorum alicubi receptus fuerit: potius sufficere, si scientia sufficienti instructus sit; vbiunque eandem acquisierit, hoc nil omnino refert. Hinc olim saepius opifices,

ler l. c. p. 72. *Jurist. Orac.* B. 4. p. 80. *Blumen im Formularbuche* p. 750. 31) cfr. *Perill. de Trüzzschler* l. c. p. 73. *Jurist. Orac.* B. 4. p. 91. In Saxon. pro testimonio illo i Rthl. 8 Gr. praeter alias quasdam impensas, v. gr. *Agentibus* debitas, in Camera Imperii Notarius praefens 21 florenos, aliens vero 42 flor. solvere tenetur. v. *Gübel Handb. für Notarien* p. m. 33. §. 8. *Perillustr. de Trüzzschler* l. c. p. 50 sqq. 32) cfr. *Perill. de Trüzzschler* l. c. p. 51. Mand. Sax. d. 1721. C. Aug. l. p. 1206. *Altenb. Advocatenordn.* §. 25. p. 23. 33) *Ord. Proc. El. Sax. Rec.* ad tit. 2. §. 7. *Altenb. Advocatenordn.* l. c. cfr. *Gribners Discour zur Erl. Churf. Proz. Ordn.* ad t. 2. §. 7. p. m. 59 seq. 34) v. *Gribners Discour* l. c.

ces, v. gr. Ianiones, admissi legantur.³⁵⁾ Licet quoque relegatus quis ex Academia quadam sit, idcirco tamen a Notariatu haudquaquam excludendus est, nisi cum infamia relegatio coniuncta sit.³⁶⁾ Quod Actuarii in quibusdam territoriis in genere,³⁷⁾ in aliis quoad causas criminales tantum,³⁸⁾ simul Notarii publici immatriculati esse debeant, hoc ipsum plerisque notum erit, et ulterior huius rei deductio haudquaquam huc pertinet, nec iure communi fundata est.³⁹⁾

§. 4. Notariorum publicorum iura.

Iura Notariorum publicorum sunt plura atque varia. In codicillis Notariatus ipsis iisdem tribuitur *facultas per totum Romanum Imperium et ubilibet locorum ac terrarum faciendi, scribendi et publicandi contractus, iudiciorum acta, instrumenta et ultimas voluntates, ac omnia alia faciendi, publicandi et exercendi, quae ad officium Publici Notarii pertinere et spectare noscuntur, ipsorumque instrumentis, sigillo notariatus munitis, plena fides ubique, in iudicio et extra iudicium, sub poena 50, aut aliis 300, marcarum auri puri, asseritur.*⁴⁰⁾ In genere quoque actus voluntariae iurisdictionis iisdem exercendi permittuntur,⁴¹⁾ quod tamen restrictione hac, quatenus eiusmodi actus cognitionem iudicalem haudquaquam requirunt, assumpta intelligendum est, quoniam Notariis publicis, qua talibus, iurisdictionis nulla competit.⁴²⁾

Speciatim vero Notariis publicis tribuitur 1) *ius instrumenta, publica fide digna, super negotiis aliorum, quibuscunque, haud contentiosis atque licitis, coram se et testibus gestis conscribendi.*⁴³⁾ Possunt eiusmodi instrumenta tam super rebus

35) v. Mand. Sax. 1721. C. A. I. p. 1206. Ord. Aduocat. Altenb. l. c. Berger Conf. p. m. 935. 36) Lynckeri resolut. 326. 37) Ordin. Proc. Altenb. Rec. P. 4. c. 10. §. 1. 38) Decis. El. Sax. 38. Ord. Proc. Sax. Rec. ad t. 2. §. 7. Hommel Rh. obs. 103. 39) Hommel c. l. Hr. D. Danz im summar. Proz. §. 157. 40) v. Jurist. Orac. B. 4. p. 92. Perill de Trürzschler l. c. p. 71. 41) Berger in Oec. iur. L. 4. t. 24. th. 6. n. 7. 42) I. Henn. Boehmer T. 3. P. I. conf. 27. n. 16. 43) Vmmius ad proc. disp. 17. n. 18. p. m. 738.

secularibus, quam spiritualibus, ⁴⁴⁾ et in locis Catholicis, licet ipsi Protestantes sint, ⁴⁵⁾ et super vxorum suarum negotiis, ⁴⁶⁾ minime tamen super suis ipsorum actibus condere. ⁴⁷⁾ Praecipue quoque instrumenta a Notariis publicis confici solent super emptione venditione, aut donatione Geradae, aut Heergewettae, aut alterius rei, super protestatione cambiali, super obsequata hereditate, super syndici aut procuratoris constitutione, super obsequatione alicuius iurata, super aliorum testimonio, super inscriptione, etc. Gaudent eiusmodi instrumenta, si legitime connecta sunt et vitio nullo laborant, probatione plena, ⁴⁸⁾ saltem in causis civilibus, ⁴⁹⁾ quamvis contrarii probationem haud excludant, ⁵⁰⁾ nec, secundum plurimum iureconsultorum sententiam, in causis criminalibus plenam fidem faciant, ⁵¹⁾ et, licet eadem dissiteri non possit, ipsa tamen recognoscenda censentur, ⁵²⁾ nisi de sigillo et subscriptione indubitato constet. ⁵³⁾ Praesumitur quoque de eiusmodi instrumentis, omnia, quae continent, reuera esse peracta, omniaque, quae intuitu eorum necessaria atque observanda sunt, fuisse adhibita et observata; ⁵⁴⁾ nec potest contra illa iuramentum deferri. ⁵⁵⁾ Quodsi tamen requisita illorum legitima observata non sint, etque forma desistantur legali atque publica, tunc loco priuatorum sunt, ⁵⁶⁾ et si falsa in vno capite fuerint inuenta, tunc quoque in reliquis capitibus

- 44) *Vmmius* process. diss. 17. no. 12. 45) *I. Henn. Boehmer* T. I. P. 1. consil. 2. no. 119. 46) *Tabor* in thesauri locor. comm. voc. Notar. §. 11. vit. tam. *Hömmel* Rh. obs. 211. voc. Notar. Me. P. 8. d-c. 212. 47) *Freyherr v. Cramer* in *Werd. Nebenstunden*, Th. 99. p. 87. 48) *I. H. Boehmer* T. 2. P. 1. consil. 651. n. 29. et consil. 44. no. 57. 49) *III. Claproth* in proc. ordin. p. m. 411. §. 92. 50) *v. Püttmanni* elem. iur. crim. §. 843. not. 51) *Hr. Hofr. Claproth* a. a. O. §. 92. 52) *Püttmann* d. c. 52) *C. Ferd. Hömmel* im *Deusch. Flaw.* sub voc. Notar. not. Idem in *Rheinf. obs.* 496. 53) *cf. Scharoh* sent. 272. no. 10. *Pufendorf* proc. civil. P. 3. cap. 8. §. 22. 54) *Mantica* de ultim. volunt. L. 1. t. 9. n. 2. *Menoeh* praef. 20. l. 5. n. 44. et praef. 79. L. 2. n. 1. *I. H. Boehmer* T. 1. P. 2. concl. 48. n. 33. 55) *Berlich* P. 1. concl. 54. n. 52. p. m. 352. 56) *I. H. Boehmer* T. I. P. 2. concl. 48. n. 36. et T. 2. P. 1. concl. 90. no. 5.

capitibus, tam connexis quam non connexis, falsa praesumuntur. ⁵⁷⁾ Deinde Notariis publicis tribuitur

2) *Ius obfignandi et refignandi hereditatem* alicuius defuncti, atque iudicem, rogantibus iis, quorum interest, intuitu huius actus praeveniendi et excludendi, ita, ut ne quidem requisitione aut permissione iudicis opus sit; neque tamen Notario eiusmodi obfignatio, rogante tantum magistratu quodam extraneo, in alterius magistratus iurisdictione, licita est; ⁵⁸⁾

3) *Ius obfignandi pecuniam depositam* eo fine, ut usurae fiantur; ⁵⁹⁾

4) *Ius, testes in casu necessitatis, aut iudice committente, examinandi, atque rotulum desuper conscribendi,* ⁶⁰⁾ licet magistratus inferior subditis suis prohibuerit, ne coram Notario et testibus testimonium quoddam dicerent. ⁶¹⁾ Attamen iure Saxonico hodierno rotulus Notarii in causis processualibus in genere non probat, nec, quod olim secus erat, ⁶²⁾ in possessorio quidem summario, ⁶³⁾ nec in processu matrimoniali. ⁶⁴⁾ Solummodo in causis criminalibus, et quatenus ad defendendum inculpatum spectat, rotulus Notarii in Saxonia aliquali gaudet effectu. ⁶⁵⁾ Quodsi vero Notarius legitime requisitus fuerit et in loco iudicii, praesentibus personis iudicialibus, testes examinaverit, rotulumque confecerit, talem rotulum hoc casu omnino esse attenden-

- 57) *Leyser* spec. 270. med. 8. *Brunnemann* ad c. 9. X. de regul. Dissentit quoad capita non connexa *Zoefius* in comment. ad tit. D. de fide instrumentor. no. 12. 58) *Hommel* in *Ariadne* p. 60 sqq. cfr. *Brokes* obl. sel. 238. 59) *I. H. Boehmer* T. 3. P. 2. de. cil. 356. n. 3 sq. 60) *Hr. Hofrath Claproth* im *ordentl. Proz.* p. m. 404. *Pufendorf*, proc. iur. ciuil. P. I. c. 4. §. 36. *Schorch*, sent. 102. no. 22. 23. *Brokes* obl. 355. 61) *Rivin*, T. 20. En. 39. 62) *Berger* in elect. proc. possess. p. m. 121. cfr. quoque *Hr. D. Danzens summar. Proz.* §. 18. / 63) *Gribner Discour zur Erl. Churf. Proz. Ordn. Anhang* §. 19. p. m. 572. 64) *Berger* elect. proc. matrim. p. 277. 65) *Hommel* *Rhaph.* obl. 103. *Gribner* c. l. cfr. tam. *Berger* elect. crim. p. m. 253. P. I. quaest. VII. *Schorch* sent. 145. n. 8. 9.

tendendum, quis est, qui dubitet? ⁶⁶⁾ Deinde Notariis competit

5) *Ius mandatum*, rogante mandante, *conficiendi*, et huius vice subscribendi, aut attestatum subiiciendi, id quod eundem, quem mandatum iudiciale, effectum habet, si scribere mandans nesciat, dummodo Notarius, uti in regula opus est, duos testes adhibuerit legitimos, ⁶⁷⁾ quamvis nec hoc olim, secundum plurimorum sententiam, requiri soleret, et solius quoque Notarii subscriptio sufficeret; ⁶⁸⁾.

6) *Ius syndicatus instrumentum conficiendi*; ⁶⁹⁾

7) *Ius inventarium* v. gr. hereditatis, licet quoque minores aut pupilli heredes sint, *condendi*; ⁷⁰⁾

8) *Ius protestationem cambialem* rogante eo, qui cambium alteri praesentatum et recusatum tenet, *ascipiendi*, aut cambium *notandi*, et instrumentum desuper conficiendi; ⁷¹⁾

9) *Ius copias documentorum cum originalibus conferendi et convenientiam illarum cum his testandi*, quod vulgo *vidimiren* vocatur; idque, vsu certe Saxonico, Notarius quoque solus, absque omni teste, peragere potest; ⁷²⁾ quamvis iure communi hoc affirmetur ab aliis, ⁷³⁾ ab aliis negetur. ⁷⁴⁾

Sunt quoque plures, qui nec sigilli Notariatus adpositionem in eiusmodi copia necessariam putent; ⁷⁵⁾ vsus tamen contrarius, et sigilli illius adpositio omnino necessaria est. ⁷⁶⁾ Qualem

66) cfr. *Gribner Discour zur Erl. Churf. Proc. Ordn.* ad tit. 36. §. 6. ibique *Küstner* not. 20. a. Refer. Sax. d. 20. Sept. 1730. C. Aug. Cont. II. p. 285. 67) *Ord. Proc. Sax. Rec.* ad tit. 7. §. 1. cfr. quoque *Barth* hodeg. p. m. 126. *Barth* dissent. p. m. 352. *Ord. Proc. Altenb.* P. 1. c. 4. §. 2. 68) *Wernher* P. 9. obs. 11. ibique *ICid Vitebergens.* ao. 1721. *Bergeri* El. Disc. For. T. 7. obs. 2. n. 2. 69) *Ord. Proc. Altenb.* P. 1. c. 4. §. 3. 70) *Sam. Stryck* in U. Mod. Pand. Lib. 26. t. 7. §. 17. *Ord. tutel. El. Sax.* d. 1782. c. 11. §. 3. 71) cfr. *Hr. D. Müllers Handb. des Churf. Wechselrechts. Cap. 20. 21.* 72) *S. Fur. Orac. B.* 4. p. 95. *Berger* elect. proc. executiv. §. 25. *Gübel* l. c. p. 42. 73) *Sraben Th. 5. Bedenken* 102. *Beck* de vidimus §. 13. 74) *Leyser* sp. 270. med. 2. cfr. quoque *Schorch* sent. 257. n. 22. 75) *Fur. Orac. B.* 4. p. 95. 76) *Leyser* spec. 270. med. 4.

lem vero vim copiae eiusmodi habeant, quantumve probent, hoc aequae Iureconsultis controuersum est. Quidam docent, copias a solo Notario collatas probare tantum originalium existentiam, et si eadem semiplene probare debeant, requiri simul, ut duo testes classici fuerint adhibiti; 77) Alii aliqualem tantum probationem eiusmodi copiis effici putant, si testes fuerint adhibiti; 78) praecipue si exempla sint antiqua. 79) Alii plenam probationem iisdem attribuunt. 80) Alii omnem iisdem probandi vim denegant, licet quoque a pluribus Notariis collatae sint. 81) Alii fidem eiusmodi copiarum arbitrio iudicis relinquunt. 82)

Alii ita distinguunt: si copia a Notario mediante solemnibus instrumentis consentientibus et recognoscentibus omnibus, quorum interest, confecta sit, illam originali aequant; deficientibus vero illorum consensu et recognitione, copiis *documentorum publicorum*, a Notario ipso pro publicis agnitorum, *semiplenam*, maiorem aut minorem pro reliquis circumstantiis, copiis vero documentorum priuatorum nullam omnino probationem adscribunt; 83) partimque nec illo nec isto casu interuentionem testium, quod mirum omnino, necessariam putant. 84)

Equidem in re hac maxime controuersa ita cogito atque distinguendum puto: copia, a Notario legitimo cum originali collata, conuenientiam cum originali eatenus, quatenus hanc conuenientiam expressis verbis Notarius ipse in copia testatus est, probat, et quidem vel *plene*, quatenus

B 2

in-

- 77) *Siraben B. 5. Bed. 102.* 78) *Leyser* sp. 270. m. r. 2. 4. 79) *Pufendorf* T. 3. obs. 110. *Engelbrecht* de exemplis. §. 28. 80) *Wildvogel* resp. 264. n. 8. 81) *Fichard* in conf. T. II. n. 6. *Alciarius* in conf. 303. n. 9. *Gailus* de credito c. 3. t. 4. n. 19. *Blum.* in proc. camer. t. 63. n. 38. 82) *Menken* proc. ciu. t. 24. §. 8. *L. B. de Cramer* T. 1. obs. 123. 83) *Hr. D. Danz* in ordentl. Prozesse §. 325. *Müller* ad *Leyser* T. 3. Fasc. 1. obs. 472. *Hellfeld.* de probat. per exempla. §. 30. 84) *Müller* ad *Leyser* l. c. Huius certe sententia haudquaquam sibi constat, quoniam solenne Notarii instrumentum requirit, nec testibus tamen opus esse persuadere audeat.

instrumentum legitimum desuper confectum plena fide gaudet, vel *minus plene* tantum, quatenus aut instrumentum desuper confectum, ob defectum quandam, plene non probat, aut confectum omnino non fuerit, et conuenientia illa, absque instrumento solenni, a Notario et testibus, aut a Notario solo tantum notata atque affirmata est. Haec quidem sententia analogiae et legibus omnino videtur consentanea; ipsaque simul hoc efficitur, vt originalis ipsius forma, tam interna, quam imprimis externa, et virtus illius probandi, copiae confectione et collatione haudquaquam mutetur, nec speciatim ex originali priuato fiat originale publicum, nec, conuenientia externa tantum, aut conuenientia contentorum quoad materiam tantum asserta, inde conuenientia quoque interna, aut quoque quoad formam, v. gr. quoad proprium aut singularem manus, seu scripturae, ductum, in subscriptionibus praepriis considerandum, probetur.^{84b)} Ceterum si Notarius ex protocollo suo super actu quodam, coram ipso et testibus gesto, plura instrumenta legitimo eodemque modo conficit, hoc casu omnia eiusmodi instrumenta pro originalibus iure meritoque habenda sunt, absque omni respectu, quale prius, quale posterius, quale ex protocollo *immediate*, quale ex eodem *mediate tantum*, immediate vero ex originali, antea scripto, quale eodem, quale diuerso tempore confectum fuerit.⁸⁵⁾

Praeterea Notariis publicis tribuitur
10) *facultas negotia iudicialia expediendi*, imprimis munere actuarii fungendi, quatenus idcirco a iudice, vel inferiore, vel superiore, rogati sunt. Hinc saepius Notarii publici, specialiter rogati, in iudiciis registraturas, aut protocollo, scribunt, testes examinant atque rotulos conficiunt, iuramento alios, v. gr. iustitarios de iurisdictione bene administranda, obstringunt, iussa quoque iudicis partibus saepe insinuant.⁸⁶⁾ Nec, si Notarii publici actus in iudicio expediendi causa specialiter ro-

84b) cfr. III Claproth l. c. p. m. 407. lit. l. 85) Müller ad Leyser l. c. obs. 482. Hr. D. Danz im ordentl. Proz. §. 326. 86) cfr. Hr. Hofr. Claproth im ordentl. Proz. Th. 1. p. m. 402 u. ff. §. 91.

gati sunt, hoc casu ipso opus est, vt iuramento quoque speciali obstringantur, 87) quamuis, si expeditio Notarii in iudicio diuturna sit, vt idem ad acta iuret, suaderi solet. 88) Rogari vero potest vel scriptum vel oretenus. 89) Quandoque etiam a partibus ipsis rogatur, vt actui cuidam iudiciali, v. gr. examini testium, interfit; quod tunc praecipue fieri solet, si iudex, aut actuarium suspectus quodammodo videatur: quo quidem casu Notarius a iudice haudquaquam arcendus est, idemque speciali iuramento obstringi solet. 90) Quod vero insinuationes Notariorum attinet, hae in subsidium tantum, iudice iubente aut rogante, recte fieri possunt; 91) eaeque in Camera Imperii saepius obueniunt, vbi Notarii coram Camera immatriculati tantum insinuationes recte expediunt. 92) Est quoque super insinuatione, a Notario facta, instrumentum legitimum ab eodem conficiendum atque ad acta tradendum. 93) Priuatorum mandato Notarii insinuare nequeunt. 94)

Potest Notarius publicus

- 11) saepius *utriusque litigantium parti*, qua Notarius, *inservire*, nec inde praeuarcationis reus sit, dummodo absque dolo malo fraudeque partium hoc fiat; 94) potest
12) *errores forsan commissos integrā adhuc causa corrigere*; 95)

B 3

13) iure

- 87) Mand. Sax. d. 20. Sept. 1730. C. A. C. I. p. 286. *Perill. de Trützschler* l. c. p. 63. *Wernher* P. 1. obf. 113. P. 5. obf. 265. 88) *Perill. de Trützschler* l. c. p. 64. *Hommel* in *promtuar.* p. 1327. 89) *Perill. de Trützschler* l. c. *Wernher* P. 9. obf. 197. De *spartulis non augendis* cir. C. A. C. III. p. 209. 90) *Pufendorf* *proc. ciuil.* P. 3. c. 7. §. 52. *Hr. Hofr. Claproth ordentl. Proz.* l. c. p. m. 404. *Deputationsabschied v. 1600.* §. 129. 91) cir. *Ord. Notar.* art. 3. *Leyser* sp. 269. m. 1. *Berger* *El. D. For.* *supplem.* P. 2. p. 56. *L. B. de Cramer* T. 4. obf. 1121. p. 372. *Hr. Hofr. Claproth ordentl. Proz. Th. 2.* p. m. 85. 92) *Berger* *El. D. F. l. c.* p. 55. *Blum.* in *proc. camer.* t. 65. no. 34. 50. cir. *tam L. B. de Cramer* T. 4. obf. 1121. 93) *Blum.* *proc. cam.* t. 65. n. 50. 94) *Leyser* sp. 269. m. 1. 94) *Hr. Hofr. Claproth* l. c. p. 404. *Leyser* sp. 554. cor. 3. 95) *Mench* *remed. adip. poss.* IV. n. 724.

15) iure salarii, seu honorarii, pro operis suis exigendi utitur; quale salarium vel taxis specialibus, vel vsu et consuetudine, vel, his deficientibus, ex arbitrio iudicis determinatur.⁹⁵⁾ Iure Saxonico quoad Notarios quoque taxae iudiciales et aduocatorum obseruari solent.⁹⁷⁾ Pro testamento coniugum aliorumve reciproco, a Notario confecto, ipsi variorum iureconsultorum sententia, duplex honorarium alias consuetum addicitur.⁹⁸⁾ Gaudet Notarius intuitu salarii debiti iisdem, quibus Aduocatus, persequendi mediis, praecipue retentione actorum seu documentorum partium.⁹⁹⁾ Iure communi et Saxonico veteri salarium Notarii residuum in quarta creditorum classe generali locatur;¹⁰⁰⁾ iure autem Saxonico Electorali hodierno chirographariis debitis simplicibus adnumeratur.¹⁰¹⁾ Quando Notarius honorarium a parte, cui operam praestitit, accipere recusauit, v. gr. ob reuerentiam, pietatem, aliamue causam; tunc pars aduersa, licet ad expensas alteri restituendas condemnata sit, honorarium illud restituere, secundum variorum sententiam, haudquaquam tenetur.¹⁰²⁾

14) Notarii gaudent singulari honore; quamvis enim Iurisperitorum quidam Notariatum vile officium putent;¹⁰³⁾ plures tamen alii eundem munus omnino honorificum iure meritoque, hodie certe, laudant,¹⁰⁴⁾ Notariosque nobiles et clarissimos appellitant.¹⁰⁵⁾ In quibusdam locis atque territoriis praecedunt illi Magistros, Rectores et Moderatores scholarum;¹⁰⁶⁾ alibi

- 96) *Hr. Hofr. Claproth* l. c. p. m. 414. 97) *Berger* consil. 1133.
 98) *Carpzov.* iurisp. for. P. 3. Const. 7. n. 22. ib. 1Cti Lips. *Finckelrhau.* obl. 90. n. 7. 99) *Maranae* pract. p. 349. n. 59.
 100) *Hr. Hofr. Claproth* im *summar. Proz.* p. m. 646. §. 417.
 101) *Ord. Proc. El. Sax.* recogn. ad tit. 49. 102) *Vmm.* proc. disp. 22. n. 36. 103) *Berlich* P. I. concl. 43. n. 50. *Meno*ch
 conf. 18. n. 1. 104) *Lauterbach* coll. theor. pract. Lib. 22. t. 4. §. 31. *Ziegler* de iur. maiest. L. 1. c. 26. §. 8. 105) *Meno*ch
 consil. 18. n. 17sq. l. 4. §. 2. C. de aduoc. diu. iud. *Hr. Hofr. Clapr.*
ord. Proz. p. 414. 106) *S. Erfurter Rangordn.* ap. *Hellbach.*
 de iure proedr. p. m. 283.

alibi in quarta classe Consules et Senatores proxime sequuntur. ¹⁰⁷⁾

15) *Singularis quoque vestitus* in quibusdam territoriis Notariis publicis praescriptus est; ¹⁰⁸⁾ qualis tamen hodie observari haud solet.

16) *Sanctione poenali contra violationes et iniurias quascunque praecipua muniti sunt*; quippe qui Notarium legitime creatum violauerint, iisdem mulcta 50 et 500 marcarum auri puri minatur; ¹⁰⁹⁾ qualis tamen mulcta rarissime infligitur, licet fiscalis Imperii saepius eiusmodi violatores in Iudiciis Imperii accusauerit. ¹¹⁰⁾

Tandem

17) *Singularis fides*, vti ex supra dictis quodammodo iam constat, Notariis publicis tribuitur, pluribusque testibus ipsi aequiparantur; ¹¹¹⁾ denique

18) *praesumptio integritatis legalitatisque* pro eis secundum plurimorum sententiam fiat. ¹¹²⁾

Contra vero Notariis publicis regulariter *non competit*

a) *iurisditio*, sensu proprio atque vero sumta; ¹¹³⁾ hinc regulariter actus, qui causae cognitionem iudicalem, aut decisionem requirunt, ipsi, qua Notarii et absque requisitione iudicis, haudquaquam recte expediunt, nec expedire debent. Indeque speciatim nequeunt partes, praesertim nolentes, cum effectu citare, nec, vt illae coram ipsis se sistant, a magistratibus illarum postulare, ¹¹⁴⁾ nec hypothecam constituere, nec eandem aliis

107) *Gorhaische Rangordn.* de 1713. ap. *Hellbach* l. c. p. 293 et 303.
 108) *Churf. Kleiderordn.* d. 1750. C. A. C. I. p. 750. §. 5. *Hellbach* l. c. p. 303. 305. 109) *Fur. Orac.* B. 4. p. 62. *Perill*
de Trüzzschler l. c. p. 71. *cf.* tam. *Leyser* sp. 269. m. 5. 110)
Moser Reichshofraths-Conclus. T. II. p. 313. 315. Tom. VI. p. 296.
 et 499. T. IV. p. 490. 111) *Moller* ad *Const. Sax.* p. m. 386.
I. H. Boehmer. T. 2. P. 1. Dec. 505. n. 4. et 39. *Menoch* arbitrar. quaest. cal. 105. n. 40. cal. 539. n. 11. cal. 99. n. 8. *Eiusd.*
Consil. 87. n. 49. conf. 92. n. 88. 112) *Menoch* praef. 21. Lib. 5.
 n. 2. *I. H. Boehmer.* T. 1. P. 2. Dec. 61. n. 14. 113) *Boehmer* T. 3. P. 1. Dec. 27. n. 16. 114) *Rivin.* T. 20. En. 39.

aliis cum effectu cedere, ¹¹⁵⁾ nec testamentum publicum, seu iudiciale, conficere, ¹¹⁶⁾ nec curatorem, aetatis vel sexus, generalem vel specialem, confirmare, ¹¹⁷⁾ quamvis quoad curatorem specialem, ad causam coram Notario expediendam, v. gr. quoad donationem geradae, aut constitutionem syndici, confirmandum alii dissentiant, atque Notario legali hoc casu ius constituendi curatorem attribuant; ¹¹⁸⁾ nec terminum iuratorium praefigere, aut, vt iuramentum praestetur, iubere, ¹¹⁹⁾ nec solutiones aliosve actus legitime inhibere, nec arrestum aliis ipsi imponere, ¹²⁰⁾ nec appellationes aut leutationes recipere, nisi in casu necessitatis tantum, quo copia iudicis non adfit, et periculum in mora existat. ¹²¹⁾

Porro Notariis publicis denegatur

b) Ius testimonium, ¹²²⁾ aut patrocinium, ¹²³⁾ in eadem causa, in qua Notarii munere iamiam functi sunt, praestandi. Quodsi tamen testamentum scribant priuatum, tunc inter alios testes ipsos quoque recte numerari, handquaquam dubitandum est, quoniam hoc casu non vt Notarii, sed vt alius quilibet testis, ipsi considerandi sunt. ¹²⁴⁾ Eodem iure ac modo vice testatoris testamentum

- 115) Lynker Dec. 119. Ord. Proc. El. Sax. Rec. t. 47. §. 2. p. m. 274.
 116) Heinecc. Instit. iur. civ. §. 500. Herr. dec. 645. n. 5. 117)
 Ill. Ad. Theoph. Kind, in quaest. for. T. II. p. 382. Gribner
 Opusc. T. I. Sect. 2. c. 14. n. 16. Perill. de Trützschler, l. c.
 p. 59. §. 25. arg. Decif. Sax. 22 et 59. Barth. Hodeg. p. 117. 118)
 cfr. Striehler pract. Handb. qu. 6. ibique Senat. Prouocat. Dresdenti-
 so. 1785. Berger Oecon. iur. Lib. 4. tit. 24. th. 6. n. 7. ib. 1 Ci
 Viteb. 1708. cfr. quoque Barth. dissent. 472. 119) Freyh. v.
 Cramer Wezel. N. Sr. Th. 69 p. 20. Jurist. Orac. B. II. p. 322.
 120) Hr. Hofr. Claproth, ord. Proz. Th. 1. p. 405. 121) Ber-
 lich P. I. concl. 50. n. 56. Pufendorf proc. civ. T. 4. c. 1. Sect. 2.
 Perill. de Trützschler l. c. §. 25. Resolut. granam. Sax. d. 1661.
 v. Justizen-Sachen §. 30. C. A. I. p. 220. Ord. Notar. art. 4. 122)
 Hommel. Rh. Obl. 211. voc. Notar. Hr. Hofr. Claproth ord.
 Proz. B. 2. p. 339. 351. 123) Blum. proc. cam. t. 65. n. 52.
 Berger El. Disc. for. p. 40. Wernher P. 7. obl. 27. 124)
 Barth hodeg. for. p. m. 652. vergl. Freyh. v. Cramer Wezel. N.
 Sr. Th. 107. p. 370 fgg.

mentum possunt subscribere. ¹²⁵⁾ Quod patrocinium in foro attinet, quidam hoc casu, si Notarius, iussu iudicis, instrumentum confecerit, eidem ius postulandi in eadem causa tribuunt; ¹²⁶⁾ rectius tamen tali quoque casu ius postulandi Notariis denegatur.

Deinde iis non licet

c) munere iudicis, ¹²⁷⁾ aut procuratoris, ¹²⁸⁾ aut curatoris, ¹²⁹⁾ in eadem causa fungi, in qua Notarios se gesserint; indeque nec instrumentum super possessione, ab ipsis ex mandato alterius apprehensa, fide dignum faciunt; ¹³⁰⁾ nec

d) impugnare possunt testamentum, super quo instrumentum Notariatus scripserint; ¹³¹⁾ nec

e) ex testamento, ab eisdem confecto, aliquid acquirere possunt, nisi quatenus testator ipse aliquid adscripserit, aut separatim coram duobus testibus super eodem se declarauerit; ¹³²⁾ nec tandem

f) munere Actuarii in testamento iudiciali condendo iure Saxonico recte funguntur; ¹³³⁾ nec denique

g) fidem facere possunt nudo attestato eoque iniurato, absque instrumento legitime confecto. ^{133b)}

§. 5. Notariorum publicorum officia.

Vti iura Notariorum publicorum plura eaque varia sunt, ita quoque obligationes eorum variae atque diuersae obueniunt. In genere quidem plerumque statim ab initio iurato tenentur promittere

1) fidelitatem, obsequium et reuerentiam Imperatori, Imperio Germanico et domino territorii, vbi creantur, praestanda; seque

- 125) Schorch sent. 12. n. 15. 126) Roesener thes. locor. comm. voc. Notar. §. 17. Suendendorfer ad Süßig. proc. p. 71. 127) Pöfii dec. 490. n. 4. 16. 19. 128) Rivin. Tit. 8. Enunc. 53. Edict. Car. V. de 1548. quo multa 4 marcæ auri statuta legiuntur. 129) Schön system. iur. civ. L. 22. t. 4. §. 6. 130) Pufendorf T. II. obl. 180. 131) Rivin. t. 2. En. 18. p. m. 51. 132) I. G. C. ad L. Corn. de fals. Decis. Sax. 9. de 1746. C. A. C. 1. p. 352. 133) Ill. I. Ad. Theoph. Kind in qu. for. T. II. p. 233. Barth dissent. 475. n. 3. ib. I. Cui Viteb. 1595. Weruher P. I. obl. 303. arg. Decis. Sax. 39 et 73. cit. unogue L. B. de Cramer T. V. obl. 1360. p. m. 395. 133b) Schorch sent. 282. n. 19. Weruher P. 6. obl. 310. P. 10. obl. 275.

seque vtilitati eorum et reipublicae in omnibus rebus promouenda, damni que aut periculi cuiuscunque amouendi atque impediendi, semper fore sollicitos; porro

2) omnia instrumenta bona fide, absque vlllo dolo malo fraudeque, nec non absque personarum vlllo respectu, charta haud deletitia adhibita, legibusque et consuetudinibus conuenienter se confecturos esse, omniaque ipsis demandata bona fide esse expectituros; deinde

3) sententias et depositiones testium, donec legitime publicentur, se velle celare, nec antea cuiquam patefacere; tandem

4) caularum ptochotropheorum, pauperumque, pontium atque viarum curandarum se fore memores; ¹³⁴⁾ quod hodie tamen obseruari haud solet. Praeterea tenentur

5) super actibus, coram ipsis atque testibus gestis, ante omnia *protocollum* legitime conficere. Est autem *protocollum*, quod *imbreviatura* quoque audit, scriptura super actu ipso in continenti confecta, instrumento inde conficiendo inseruiens. ¹³⁵⁾ Quoad eiusmodi *protocollum* requiruntur eadem fere, quae in registratura actuarii, imprimis a) *mentio loci*, b) *mentio temporis*, c) *nominatio personarum*, quarum interest, d) *nominatio testium rogatorum*, e) *narratio actus ipsius gesti*, eiusque circumstantiarum, f) *praelectio protocollis et praelectionis adnotatio*, g) *scriptio Notarii et testium*. ^{135b)} Praeterea memorandum est, quod tale *protocollum* a) a Notario ipso scribendum, aut, si ipse impediatur, saltem ab eodem dictitandum et, impedimento simul notato, subscribendum sit; ¹³⁶⁾ porro β) quod in continenti, dum actus ipse agitur, confici et clausulis necessariis maniri debeat; ¹³⁷⁾ deinde γ) quod, si de actu muti cuiusdam instrumentum conficiendum sit, Notarius signa quoque illius sollicite obseruare atque adnotare teneatur; ¹³⁸⁾ postea δ) quod in *protocollo* quoque rasurae, abbrevia-

134) cfr. *Jur. Orac. B. 4. p. 69. Perill. de Trützschler* l. c. p. m. 46. T. 1. *Idem* in *Ordinat. Polit. Brandenb. Onolzbac. de 1746. t. 25. §. 3. praeceptum legitur.* 135) *Laurerbach* colleg. theor. pract. L. 22. t. 4. §. 26. *Schoen* l. c. §. 6. 135b) cfr. *Ord. Notar. art. 1. §. 5. 8. 10. 11. 14.* 136) *Ord. Not. Mex. 1. §. 8.* 137) *Ord. Not. §. 9. Hr. Hofr. Clappr. 67h §. 91. p. 408.* 138) *Ord. Not. §. 7.*

breuiaturae atque ambiguitates maxime sint vitandae; ¹³⁹⁾ tandem ε) quod protocolla a Notariis sint conseruanda, nec annullanda, nec mutanda, licet partes ipsae hoc postulent; ¹⁴⁰⁾ denique ζ) quod protocolla, si forsan amissa sint, ex instrumentis, aut his quoque deficientibus, e testium priorum depositione vltiori sint restauranda. ¹⁴¹⁾ Quodsi protocollum Notarii legitime confectum est, illud plene probat, et, si forsan instrumentum ex illo confectum eidem non omnino conueniat, hoc casu magis protocollo, quam instrumento, credendum est. ^{141b)} Deinde Notariis incumbit

6) *ut instrumenta rite atque legitime conficiant*, omniaque eorum *formalia* maxime obseruent. Sunt autem *formalia* aut *substantialia* instrumentorum Notariorum haec:

a) *inuocatio*, aut *mentio nominis diuini*; ¹⁴²⁾ eaque litis saltem euitandae causa haud omittatur, quamuis Iureconsultorum plures, nec temere quidem, contendant, omissione eius instrumentum haudquaquam annullari; ¹⁴³⁾

b) *annus Christi et annus regiminis Imperatoris*, aut *Regis Romani*, cum *mensis, die et hora*, quibus actus ipse peragitur; ¹⁴⁴⁾

c) *indictio Romana*; ¹⁴⁵⁾ quam facile inuenies, si anno Christi III. addas, summamque hanc per XV. diuidas et residuum, aut, hoc deficiente, numerum XV. ipsum pro indictione agnoscas. ¹⁴⁶⁾ Licet quoque error indictionis obueniatur, ille tamen non nocet. ¹⁴⁷⁾ Omissio eius vero instrumentum annullat. ¹⁴⁸⁾

C 2

d) No-

- 139) Ord. Not. §. 19. 140) Ord. Not. §. 5. 11. 12. cfr. tam. III. Clap-
roth p. m. 408. 141) Ord. Not. §. 20. 141b) Schoen in system.
iur. civil. lib. 22. t. 4 §. 6. Carpzov P. I. Const. 17. def. 44. 142)
Ord. Not. §. 3. Quod Notarius conficiens instrumentum super contractu
inter duos Iudaeos initio quoque instrumenti scribere possit: in nomine
Dom. Iesu Christi, inter alios docet Wehner in obs. pract. voc. Jude.
p. m. 232b) 143) v. Seruv de inuocat. nom. div. a. 26. Fac. Lipf.
705. 718. et 720 ap. Schoen. l. c. §. 7. Crucis adpositio omnino certe
superflua est. Laurerb l. c. §. 37. 144) Ord. Not. §. 3. 4. 145) Ord.
Not. §. 3. Illa indictio Romana proprie a. 24 Sept. incipit, et differt eadem
ab *indict. Constantinopolitana*, a Calendis Septembribus, et ab *indict. Pon-
tificia*, a Calendis Ianuarii computanda. v. Schoen System. iur. civil.
L. 22. t. 4. §. 7. 146) Schoen. l. c. Hr. Hofr. Claproth l. c. p. 409.
§. 92. 147) Schoen. Claproth. II. cc. Leyser sp. 270. m. 10.
Dissentunt *Vmm.* ad proc. t. 17. §. 1. n. 13. Cragius ius feud. l. 2. t. 7.
§. 7. 148) v. Leyser l. c. m. 10.

d) *Nomen Imperatoris, aut Regis Romani; 152)* vt totus eiusdem adponatur titulus, quod fieri plerumque solet, haudquam necessarium est; 150) tempore vero interregni Vicariorum Imperis nomen vsus adicit; 151)

e) *locus, vbi negotium peractum est, specialiter expressus; 152)* vt tamen fenestrarum aliarumque eiusmodi rerum mentio fiat, hoc nullibi praeceptum est;

f) *mentio requisitionis, aut rogationis, partium Notario factae; 153)* quod enim Notarius haud rogatus et vltro fecit, id nullitate laborat; 154)

g) *nomina et cognomina testium instrumentalium, eorumque rogatorum, aut requisitorum, mentio; 155)* Quoad testes eiusmodi praeterea requiritur, α) vt ipsi fide omnino digni atque classici sint, nec ex vlla quadam causa a testimonio prohibeantur; 156) β) vt regulariter duo testes adhibeantur; 157) nisi testamentum conficiatur, quo casu septem testes, aut codicilli condantur, in quibus quinque testes, 158) aut de intercessione mulieris instrumentum sit faciendum, quo casu iure Romano tres testes sunt necessarii; 159) in Saxonia tamen intercessiones mulierum, vt effectum gaudeant, coram iudice competente fieri debent. 160) Quod rogationem testium attinet, alii necessarium putant, vt testes ab ipso Notario rogati fuerint, huiusque rogationis factae in instrumento mentio fiat expressa, ita, vt omisio eius instrumentum annullat; 161) alii vero eiusmodi rogationem ab aliis quoque, quam a Notario ipso, recte fieri, imo eadem omnino non opus esse,

149) Ord. Not. §. 4. De nomine Pontificis maximi v. *Laurerb.* l. c. §. 39.
 150) *Hr. Hofr. Claprorh, ordentl. Proz. B. I. p. 409.* 151) *Hr. Hofr. Claprorh a. a. O. Jurist. Orac. B. 4. p. 98.* 152) Ord. Not. §. 3. *Laurerb.* l. c. §. 39. 153) Ord. Not. §. 15. *Schorch* sent. 282. 154) Ord. Not. l. c. 155) Ord. Not. art. 1. §. 3. 6. art. 2. §. 3. 6. Nov. 73. c. 1. 2. 5. *Schoem.* l. c. §. 7. *Schorch* sent. 282. 156) Ord. Not. art. 2. §. 6. 157) l. 12. D. de testib. *Laurerb.* in colleg. theor. pract. L. 22. t. 4. §. 40. 158) l. 12. C. de testam. l. f. C. de codicill. Ord. Not. art. 2. v. *Testamenten.* 159) l. 23. §. 2. C. ad S. C. Vellej. *Schoem.* in system. iur. ciu. l. c. §. 7. *Laurerb.* l. c. §. 40. 160) *Decis. Sax. Reg.* 24. d. 1746. 161) *Schoem.* l. c. ibique *Cur. Prou. Lips.* 700. et 710. et *Fac. iur. Lips.* ao. 701. cfr. *Schorch* sent. 282. Ord. Not. art. 1. §. 3.

esse, praesentiamque testium ipsam, absque rogatione quoque, sullicere contendunt. ¹⁶²⁾ Haec quidem sententia temeraria non est, illa tamen vsu plurimorum sententia praeualuit. Defectum testium nec morte Notarii suppleri, hoc facile ad intelligendum est. ¹⁶³⁾ Requiritur quoque

h) narratio negotii clara, certa atque specialis, causa debendi in obligationibus speciali, et clausulis, pro re nata forsitan necessariis, diligenter allegatis; ¹⁶⁴⁾

i) mentio praelectionis ex protocollo factae; sunt quidem alii, qui praelectionem substantialibus instrumenti omnino non adnumerent; ¹⁶⁵⁾ alii, qui praelectionem instrumenti ipsius necessariam putent; ¹⁶⁶⁾ potius tamen mentio de protocollo praelecto necessaria statuitur. ¹⁶⁷⁾ Tandem opus est

k) subscriptio et subsignatio Notarii, propria ipsius manu, Notariatusque sigillo publico facta. ¹⁶⁸⁾ Sigillo priuato tantum adposito, instrumentum est nullum, ipseque Notarius arbitrarie plectendus est. ¹⁶⁹⁾ Contra vero nec sigilli priuati adpositione, nec testium ipsorum subscriptione in instrumento, ¹⁷⁰⁾ nec hodie charta Pergamena opus est, ¹⁷¹⁾ quamuis eiusmodi charta legibus Imperii videatur praescripta. ¹⁷²⁾ Est autem in quibusdam territoriis praeceptum, ut instrumenta Notariorum chartae signatae (*Stempelpapier*) inscribantur, non quidem sub poena nullitatis, sed tamen sub mulcta. ¹⁷³⁾ Praeterea in regula quidem Notarius ipse instrumentum quoque scribere tenetur, quodsi tamen impediatur, potest quoque alii scribendum dare; dummodo Notarius ipse subscribat, sigillum suum publicum adponat, atque

162) v. *Leyser* sp. 270. m. 5. 163) *Lyncker* decis. 1157. 164) Ord. Not. art. 1. §. 3. 5. 9. *Lauterb.* l. c. §. 39. 165) *Ill. Claproth* proc. ord. P. I. p. 410. 166) *Schoen* l. c. *Lauterb.* l. c. §. 40. 167) Ord. Not. art. 1. §. 10. 11. 168) Ord. Not. art. 1. §. 16. cit. tam. *Lauterb.* l. c. §. 41. 169) *Decis. El. Sax.* 20. de 1661. 170) *Schoen* l. c. arg. Nou. 18. c. 5. *Fac. Lips.* ap. *Schoen* l. c. *Berger* *Oec. iur.* Lib. 4. tit. 24. §. 6. not. 4. *Ill. Claproth* l. c. 171) *Jur. Orac.* B. 4 p. 98. *Ill. Claproth* l. c. *Leyser* sp. 270. m. 9. vid. tam. *Lauterb.* l. c. §. 35. 172) Ord. Not. Max. I. art. 1. §. 19. 173) v. gr. in Saxonia *El.* quoad instrum. Notar. charta signata duorum grossorum regulariter adhiberi debet, sub mulcta quadrupli et restitutione. *simpli. Mand. Sax.* d. 1732. C. A.

que impedimenti ipsius mentionem adiciat. ¹⁷⁴) Abbreviaturis, signis verbisque inconsuetis, ambiguis aut obscuris, raris, scriptura interlineari atque marginali, charta quoque deletitia in instrumentis quoque abstinendum est. ¹⁷⁵) Postea Notarii publici

7) *nec in loco clandestino, nec noctu, nisi necessitate urgente, aliquid expediant;* ¹⁷⁶) vt vero, necessitate urgente, noctu non vniam, sed tres adhibeant candelas, hoc minime necessarium est; ¹⁷⁷) quamuis quidam dissentiant. ¹⁷⁸)

8) *Nec plus scribant, quam quod reuera peractum fuerit, quodque ipsi viderint aut ipsi immediate audierint.* ¹⁷⁹) De rebus, quae gustu, odoratu aut tactu tantum percipiuntur, dicta testium referre possunt, nec, vt ipsi degustauerint, odorati sint aut tetigerint, necesse est. ¹⁸⁰)

9) *Nec protocolla alterius Notarii, v. gr. defuncti, licet ipsius heredes sint, extendant, aliquid adiciant aut subtrahant, nec aliter, quam verbotenus, causaque iudicialiter cognita, instrumentum ex illis conficiant.* ¹⁸¹)

10) *Nec super negotio quodam illicito, praecipue de conuentione vsurariae prauitatis, aut cambio prohibito, instrumenta faciant; ni poenam arbitrariam incurrere velint.* ¹⁸²)

11) *Nec falsum quoddam committant; falsi enim rei Notariata sunt priuandi, poenaque arbitraria coercendi.* ¹⁸³)

12) *Munere suo intiti quoque, rogantibus aliis, fungi tenentur; excusare tamen se possunt Doctores, Senatores, Monachi et Clerici, nisi ipsi antea munus suum promiserint.* ¹⁸⁴)

15) Ma-

C. II. p. 396. 174) *Ill. Claprorh l. c. Ord. Not. art. 1. §. 8. 13.* 175) *Ord. Not. art. 1. §. 18. 19. Schoen. l. c. §. 6. Ill. Claprorh l. c.* 176) *Ord. Not. art. 1. §. 24.* 177) *Ill. Claprorh l. c.* 178) *Wehner obleru. praef. p. 374^b) Beyer ad Volkmann P. 1. p. 77.* 179) *Ord. Not. art. 1. §. 6. Menoch arbitr. cas. 144 n. 7. 8.* 180) *Ord. Not. l. c. Laureyb. coll. th. pt. l. c. §. 36. Stryck de iure sensuum diss. 6. c. 3. §. 13. et in prooem. n. 27.* 181) *Ord. Not. art. 1. §. 17. Ill. Claprorh l. c. p. m. 413. lit. k. arg. c. 15. X. de fide instrum. (II. 22.)* 182) *Brokes obs. 335. Schoen. l. c. §. 5. L. H. Boehmer T. 2 P. 1 dec. 404. n. 33. Fur. Orac. B. 4 p. 602. C. A. C. H. p. 1134.* 183) *Ill. Claprorh l. c. p. 415. Menoch Praef. 4r. Lib. 5. n. 32. Praef. 21. Lib. 5. n. 25.* 184) *Ord. Not. art. 1. §. 15.*

13) *Maximam in negotiis suis expediendis adhibere debent diligentiam, culpamque leuissimam et interesse, iuramento in litem pro re nata aestimandum, praestare tenentur.* ¹⁸⁵⁾

14) *Errores in protocollis aut instrumentis partibus iam traditis forsitan obuinentes, re integra non amplius existente, non auctoritate ipsorum propria, sed iudicis tantum, corrigere debent.* ¹⁸⁶⁾

15) *Instrumenta iis, quorum interest, quibusque rogantibus protocollum scriptum est, conficere et edere, nec celare aut suppressere, tenentur; quodsi tamen idem instrumentum saepius petatur, aut suspicio qualiscunque adsit, iudici hoc notificent eiusque arbitrio committant.* ¹⁸⁷⁾

16) *Sigillum Notariatus propria auctoritate ne mutant, aliudve aut alterius cuiusdam Notarii sigillum adhibeant,* ¹⁸⁸⁾ *nec cera rubra utantur.* ^{188b)}

17) *Si de Notariatu quorundam dubium sit, ut sese legitiment, ipsi obligati sunt.* ¹⁸⁹⁾

18) *Si actus expediendi causa missi sint, mandata mittentis, postulantibus iis, quorum interest, producere debent;* ¹⁹⁰⁾ *quavis nec desint, qui hac in re dissentiant.* ¹⁹¹⁾ Tandem

19) *in quibusdam territoriis Notarii publici, qua tales, verligal quoddam (Personensteuer) soluere debent.* ¹⁹²⁾

§. 6. Quibus modis munus Notarii publici tollitur.

Supereff adhuc, ut paucis quoque, quibus modis Notarii publici iura munusve tollantur, inuestigetur. Sunt autem modi eiusmodi in genere sequentes; scilicet: 1) *mors*; Notariatus

D e enim

185) Ord. Not. art. 1. §. 14. 21. *Lynker* dec. 953. *Tabor* th. loc. comm. verb. *Notar.* §. 22. 186) Ord. Not. art. 1. §. 21. 22. 187) Ord. Not. art. 1. §. 23. cfr. *Vmmius* proc. disp. 17. n. 39. *Menoch* arbitr. cas. 311. no. 5. 188) Ord. Not. art. 1. §. 16. Decif. Sax. 20. de 1661. 188b) cfr. *Stryck* de cera rubra. *Besoldi* thesaur. sub voc. *Wachs.* 189) *Menoch* praef. 46. L. 2. n. 18. *I. H. Boehmer* T. 3. P. 2. dec 283 n. 1 lqq. *Mascard.* concl. 1098 lq. *Laurerbach* coll. theor. pract. l. c. §. 27. 190) *Leyser* ip. 169. m. 2. arg. l. 1. C. de mandat. princip. 191) *Ill. Claproth* l. c. p. 410. 192) *In Sax. El. Notarii publici, si munere suo funguntur, nec simul Actuarii aut*

enim personae inhaeret, et cum persona quoque expirat; ¹⁹³⁾
 2) *resignatio voluntaria*, quae quidem ex legum praecepto Imperatori aut ei, qui resignare volentem Notarium publicum creavit, tantummodo fieri deberet; ¹⁹⁴⁾ sed fieri tamen plerumque non solet; 3) *remotio a Notariatu*, qualis tam ex delicto communi grauiori, imprimis famoso, quam quoque ex delicto Notariatus proprio, locum sibi inuenit. Requiritur tamen, vt causae cognitio legitima, a iudice competente instituta, praecedat, sententiaeque desuper legitimo modo feratur. Exinde simul liquet, Comitum Palatinum, qua talem, Notarium publicum, quem ipse creavit, remouere omnino non posse. ¹⁹⁵⁾ Minime vero iura munusve Notariorum publicorum tolluntur sola atque simplici *relegatione academica*, ¹⁹⁶⁾ nec *promotione academica*. ¹⁹⁷⁾ Durante vero inquisitione speciali munus Notarii suspenditur. ¹⁹⁸⁾

Haec itaque erant, quae iam quidem hac occasione oblata de Notariis publicis proponere placebat. Plura dicendi copia quidem fuit, at otium non erat. Meliora si quis humanae doctaeque docebit, hoc mihi omnino gratissimum fecerit.

aut Iustitiarum sunt, quotannis i. imperialem soluere tenentur. v. *Churf. Aufschreiben v. 1767. C. A. C. II. p. 775.* 193) *Perill. de Trützschler*, l. c. p. m. 64. 194) *Ord. Not. art. 1. §. 16.* 195) *Perill. de Trützschler l. c. p. 65. §. 36. 37. Leyser sp. 269. m. 6.* 196) *Lynker resol. 326.* 197) *Lauterbach coll. theor. pr. l. c. §. 29.* 198) *Schön l. c. §. 5. ibique Fac. Lipi.*

Wittenberg, Diss.; 1799-1801

ULB Halle 3
004 335 929




f

sb.







DISPUTATIO
DE
NOTARIIS PUBLICIS

QVAM
PRAESIDE
IOANNE GODOFREDO
MOESLERO

IVRIS VTRIVSQVE DOCTORE CVRIAE PROVINC. ET
CONSISTOR. ECCLES. VITEB. ADVOCATO

DIE III. MENS. NOVEMBR. A. S. R. MDCCC

H. L. Q. C.

PUBLICE DEFENDET

AVCTOR

GEORG. LVDOVICVS FRIDERICVS BEYER,

RODA - ALTENBURGENSIS.

VITEBERGAE

LITTERIS ADAMI CHRISTIANI CHARISII.